¶ Item hoc non solum uidetur ratione theologica. s. etia physica. qā sic ē ponere unam differentiam contrarietatis et alterā. ergo si corporale et spirituale. et si ponere est extrema componibilia. ergo i medium. ergo **re.** ¶ **Responsio.** Dicendum q. ad perfectionem uniuersi que attenditur in amplitudine. hic triplex genus naturarum requiritur. et hoc propter triplicem pfectionē uniuersi que attenditur in amplitudine amplitudinis. sufficientia ordinis. influentia bonitatis. in quibus tribus exprimit istam triplicem perfectionem. uidelicet potētie. sapientie. et bonitatis. vnde concedende sunt rationes inducte ad hoc. Ad oppositas respondendum est. ¶ Quod obicitur. q. in operibus salua debet esse ordinatio ut oia fiant propter diuinam bonitatem participandam. Dicendum q. fieri propter diuinam bonitatem est dupliciter. aut ostendendam. et sic facta sunt cetera. omnia enim expriment diuinā bonitatem. Aut participandam. et hoc dupliciter. aut quia sunt nata participare. aut quia seruiunt participantibus. primo modo condite sunt creature spirituales. scdo modo corporales. ipse tamen aliquo modo participant. sed in earum participatiōe status non est. sed ordinantur ad ulteriores. ¶ Quod obicitur. q. in omni cōiūctiōe debet esse salua proportio. Dicendum est q. in cōiūctiōe anime ad corpus salua ē proportio et absolute. et in relatione ad finem absolute. Nam quāuis supremum spiritus. ut mens fm quas homo est imago dei et infimum corporis multam habeat elongationem. tamen supremum corporis et infimum spiritus summam habent unitatem. Spiritus enim animalis siue rationalis habet potentiam uiuificandi. potentiam uegetandi et sentiendi. Corpus autem humanum habet complexionis equalitatem. habet organorum multipliciter. habet rursus spiritum subtilitatem. et fm triplicem differentiam. habet enim spiritum uitalem. spiritum naturalem. spiritum animales. Comparando ergo complexionem equalē ad uim uiuificatiuam per medium. et unculum spiritus uitalis optimus est nex. Sicut opando non solum complexionis equalitatem

sed organa et organizationis perfectiones ad non
 uegetandi et sentiendi mediate spiritu naturali
 et aiali. optima est proportio et mirabilis nexus.
 Unde sicut terra et ignis que multum distant
 neccuntur duplici medio. uno quod magis
 coiscat cum terra. et reliquo quod magis cum
 igne. similiter est in proposito. Attenditur
 etiam perfecta proportio in relatione ad finem.
 Cum enim anima humane data sit libertas arbitrii
 uertibilis et reuertibilis. id est. potens stare et ca-
 dere et resurgere. datum est ei et corpus potens
 mori et potens non mori. deinde potens in sem-
 piternum uiuificari. Rursus cum anima creata sit
 tabula ualde rasa. datum est ei corpus habens or-
 gana multiplicia ut in illo posset perfici scien-
 tiis. Similiter ex parte corporis optima propor-
 tio est in relatione ad finem. Quis enim ordo sit in
 formis corporalibus. quod patet. quia forma ele-
 menti ad formam mixti et forma mixtionis ad
 formam complexionis. et rursus uegitabilis ad
 sensibiles. et non sit status in re corporali et
 imperfecta. non est status ibi. sed ultimo dis-
 ponunt huiusmodi forme ad animam rationalem
 propter quam etiam corpus. et natura corporalis ef-
 ficatur princeps eterne beatitudinis. Aut ergo
 omnis intentio nature corporalis soluitur.
 aut necesse est puenire mediante anima ra-
 ionali in ultimum finem. Quod obicitur quod in ope dei
 debet saluari naturarum colligatio. Dicen-
 dum quod uerum est. sed sensibile et uegetabile
 non sunt de necessitate rationalis. nisi illius quod
 est rationale per unionem. Anima enim ut prius tactum
 est cum sit spiritus simplex et purus non potest uniri
 carni nisi duplici uel triplici medio ex parte
 sui. Similiter nec corpus complexionatum. et
 ideo necesse est quod interueniat natura uiuifica-
 di siue uegetandi et natura ulterius sensibili.
 et ideo in omni homine hoc cadit. sed quia an-
 gelus est spiritus purus. ideo istis non indiget.
 patet igitur quod contra ueritatem et fidem errant
 Saducei qui negant esse spiritum. patet nihilominus
 quod errant manichei qui negant animam uniri corpo-
 ri ut perfectibili. sed tamen dicunt uniri ut carceri.
 Quod obicit ultimo. quod deus dat unicuique quod
 melius est. Dicendum quod deus non dat uni-
 cuique simpliciter melius. quia tunc non face-
 ret res ordinatas sed equaliter perfectas et
 hoc repugnaret perfectioni. quia si essent equalia
 non essent omnia ut dicit Augustinus. Cum ergo

dicatur quod deus dat unicuique quod sibi melius est.
 hoc intelligitur secundum exigentiam ordinis et natu-
 re. Nature autem anime appetit uniri corpori. na-
 ture autem angelice separat esse a corpore. et
 ideo illa ratio non ualet. qui dilectio dei non
 excludit ordinem.

Quoniam sequenter secundo loco queritur
 rebus productis quantum ad ordi-
 nem. Et circa hoc duo querun-
 tur. Primum est de ordine rerum
 in compositione ad finem. Secundum est de ordine
 earum que habent adinuicem.

Quia primus sic proceditur. cum
 omnes creature condite sit propter
 diuinam gloriam et utilitatem propriam.
 sicut dicit Magister et accipi po-
 test ex scriptura Augustinus. Dicit eis in libro de
 doctrina christiana. quod deus nos fecit et diligit.
 non propter utilitatem suam. sed propter bonitates
 suam et utilitatem nostram. Queritur ergo quid
 sit finis principalior conditionis rerum. An
 diuina gloria. uel utilitas nostra. Item quod glo-
 ria diuina uidetur. Ille est finis principalior
 qui est ulterior. finis enim ultimus est potissi-
 mus. sed ulterior finis est diuina gloria quam
 utilitas nostra. nam non gloria dei propter uti-
 litatem nostram. sed utilitas ad gloriam ordinatur.
 ergo uidetur quod gloria dei principalior.
 Item ille est finis principalior qui est perfectior.
 sed gloria dei est perfectior. ergo. Probatio
 medie. Perfectior finis est qui perfectiores
 reddit operationem ordinatam ad ipsum. sed multo
 melius est opus quod quis facit propter gloriam
 dei quam propter utilitatem suam. unde Apostolus.
 primo Corin. x. Omnia in gloriam dei facite
 ergo. Item ille finis est prior qui est es-
 sentialior. sed gloria dei est essentialior uni-
 cuique rei condite maxime rationali quam utilitas
 sua. nam res propter malitiam potest priuari sua
 utilitate. sed non potest unquam priuari quin sit ad
 dei gloriam. Item ille finis est principalior
 qui est utilior. propter hoc quod principalis finis
 totum debet complecti. sed gloria dei est finis que
 sequitur omnis natura siue humana siue an-
 gelica siue bona siue mala. ergo. Item.

otra. **I**lle est finis principalior rei cōdite que efficiens magis intēdit. sed deus magis intēdit i cōditis creature eius utilitatē q̄s gloriā suā. ergo **¶**. Probatio medie. sicut dicit **A**pосто. primo **C**orin. quarto. **C**aritas nō querit que sua sunt sed q̄ alterius. sed de q̄ agit facit ex p̄fectissima caritate. ergo nō querit nec intēdit q̄ suū est. ergo non suaz gloriā sed utilitatē alienā. **¶** Item ille finis est principalior cōditiōis rei que res cōdita magis appetit. sed unaqueq̄ res ita appetit suū cōmodū uel utilitatē q̄ nullo modo pōt uelle oppositū. sed oppositū glorie diuine pōt uelle sicut patet in blasphemis. ergo utilitas **¶**. Item ille finis ē potior conditionis rei ad que efficiēs nō puenit nisi p̄ effectum. hoc patet. quia si eque bene defenderet a plurius ab q̄s domo sicut cur domo. si faceret domū p̄pter talē defensionē faceret frustra. si ergo deus nō est magis gloriosus post cōditiōez rez q̄ ante si faceret res principaliter p̄pter gloriā suā. frustra faceret. q̄ si non frustra facit non p̄ducit. ergo principaliter p̄pter gloriā suā. sed p̄pter utilitatē alienā. **¶** Item ille finis ē p̄fectior qui effectum magis p̄ficit cū ad ip̄s p̄cū. sed dei fructio magis aīam p̄ficit q̄s dei laudatio. ergo principaliter facta ē anima p̄pter fructiōē q̄s p̄pter dei gloriā et laudem. **R**isio. **D**icendū q̄ finis cōditiōis rei siue rez cōditiōez principalior ē oī gloriā siue bōitas q̄s creature utilitas. Sicut. n. p̄. xvi. puer. dicitur. **U**niuersa p̄pter semetipsū opatus est dominus. sed nō p̄pter utilitatem suā uel indigentia. quia p̄. Dixi domio. deus meus es tu qm̄ bono malo non eges. ergo p̄pter suā gloriā. non in q̄s p̄pter gloriā augendā sed p̄pter gloriā manifestandā. et p̄pter gloriā suā cōicandā. in cuius manifestatione et p̄ticipatione attendit summa utilitas creature. uidelz eius glorificatio siue beatificatio. **¶** Q̄ ergo obicit q̄ caritas alienū cōmodū querit. **D**icendū q̄ secus ē in nobis et in deo. **N**am in nobis bonū propriū differt a bono cōmuni. sed in deo bonum suū est bonū cōe. nam ip̄e est bonū oīs boni. si ergo effectum nō ordinaret ad se uel nō faceret p̄pter se cū ip̄e sit bonū a quo ē omne bonū. iam eius effectus nō esset bonus.

quonia ergo utilitas creature tota attēditur in ordinatione ad bonum q̄s deus ē. ideo caritas dei rectissima omnia fecit et cōuertit ad se. non sic est in nobis. **¶** Q̄ obicitur. q̄ ille principalior est que natura magis appetit. **D**icendū q̄ est loqui de natura dupliciter. Aut de natura ut deficiēde. uel ut perfectā. **D**ico ergo q̄ natura deficiēs in se re curuatur. ideo p̄prium bonum desiderat. et ideo suū cōmodū. **N**atura uero p̄fecta amore caritatis sursum eleuatur. et multo magis i p̄portionabiliter dei gloriā desiderat q̄s utilitatē p̄p̄ia. ut patet in habētibus caritatē. **¶** Q̄ ergo dicitur. q̄ ille principalior que magis natura desiderat. uerū est de recta et p̄fecta. **¶** Q̄ obicitur. q̄ ille principalior cōditiōis rei ad que res facta p̄tingit. **R**ūderi pōt dupliciter. **P**rio q̄ hoc habz ueritatez quādo opans opatur p̄pter indigentia alicuius finis ad que non pōt puenire nisi p̄ opus q̄s p̄ducit. sed talis opans non ē deus sicut p̄. et ideo nō habz locū hic. **¶** Uel aliter dicendum q̄ res facte sunt p̄pter dei gloriā. non in q̄s acquirēdā sed ostendēdā et cōicandā. et quia gloria dei sit sine rebus factis. non tamen cōicatur uel manifestatur nisi p̄ res p̄ductas. **¶** Q̄ obicitur. q̄ fructio magis p̄ficit. **D**icendū q̄ laus dupliciter ē. s. p̄fecta et i p̄fecta. laus i p̄fecta min⁹ p̄ficit aīam q̄s fructio. sed nō sic laus p̄fecta. quia magis letatur aīa in gloriā et plus gaudebit de dei gloria et honore q̄s de sua glorificatione. et plus iocūndabitur in laudando q̄s in cōsiderando bonū propriū. et ideo patz q̄ ille finis ē ulterior.

Secūdo queritur de ordine rerū adinuicem. **N**am hanc tangit **A**gister i littera **U**trū uidelz natura spiritalis dignitate nature p̄cellat compositā ex spiritali et corporeali. **C**ertum eim est q̄ utraq̄ p̄cellit corporealem. **E**t q̄ sic uidetur. **I**n omni genere nobilior est illud propter quod ē alterz sicut finis eo q̄ est ad finem. sed homo est propter angelū. **N**am sicut dicit sancti et **A**gister recitat in littera. **H**omo factus est ad repatū angelice ruine. ergo **¶**. **I**tes spirituale simpliciter loquendo nobilior est

illo quod pure est spiritus nihil habens de corpore q̄s q̄s est spirituale et coniunctus corpori. ergo nobilior est angelica natura hūa-
tia. ¶ Item in quolibet genere imortale et incorporeale nobilior est mortali et corporali. sed āgelus p̄ naturā est imortalis. et incorpo-
ralis. homo uero ecōtrario. ergo ¶ Itē q̄o similis ē meliori ē melius si natura sit similis i ridiculosiorib⁹ ut sinea homini q̄s equ⁹. sed angelus ē deo similior et deiformior q̄s homo hoc manifestū est. et non i ridicu-
losis sed in optimis. ergo simpliciter melior est natura spiritalis q̄s cōposita. ¶ Con-
tra. Aug. Mente humana solus deus est maior. vnde in libro de trini. xv. et in libro lxxxiij. qui dicit q̄ immediate ip̄a mens a pri-
ma ueritate formatur. et intra ip̄as et deū ni-
hil cadit mediū. ergo angelus non est supra mentes humanā. ergo p̄ se a deo bona est ut angelus. sed anima p̄pter cōiunctionem sui-
cum corpore nō deterioratur. imo maius bo-
num ē cū corpus sit bonū. ergo simpliciter totus homo ē angelo melior. ¶ Itē i omni genere q̄o tenet rōem finis illud ē melius. s̄z in genere creaturariū homo tenet rōes finis nō angelus. vnde Remigius dicit et philo-
q̄ nos sumus finis quoddāmodo omnium que sunt. hoc non dicitur de āgelo. ergo ¶ Itē si optimū in uno genere ē meli⁹ op-
timo in alio et simpliciter hoc illo melius. s̄z optimus in genere hominū est melior optio in genere āgelorū ut patz quia xps. ergo ¶ Si tu dicas nō inq̄stum homo. sed inquantū dens. Obicit de beata uirgine que est pure femina et taciē domina angelorū. ¶ Item maior ē qui recubitat q̄s qui ministrat. teste do-
mino Luce xxvij. sed āgelus ministrat hōi. ¶ Hebre. Dēs sunt administratorū spūs. er-
go ¶ Respōsio. Dicendū q̄ cū querit de ordine spiritus rōnalis siue uniti ad spūz angelicū uel sepatum. de duplici ordine pōt intelligi. Aut de ordine quantū ad finē. aut quantū ad nature dignitatē. Si quantū ad finē. sic dico q̄ sunt pares. nāz ad eundem finē sc̄lz ad eternā beatitudinē immediate or-
dinātur. et eadē est mensura hominis que et an-
geli. nec homo p̄pter angelū nec āgel⁹ p̄pter hoīem. tamen sicut lex caritatis facit in mē-
bris corporalib⁹ et concubib⁹ ciuitatis. q̄ unū

mēbrorū supplet indigentia alterius. ut patz. oculus uidet uia et sibi et pedi. et pes fert seipz et oculū. Et in ciuibus terrene ciuitatis s̄lz cōtingit. Similr intelligendū est in homine et in angelo qui sunt ciues ciuitatis superne. Nāz homo habet libertatē ad labendū fre-
quenter et possibilitatē ad resurgendū. An-
gelus uero stans. p̄petuitatē in stando et ca-
dens. impossibilitatē in resurgendo. ideo an-
gelus stans sustentat homines siue infirmi-
tatem humanā. et homo resurgens repat rui-
naz angelicā. ideo quoddāmodo angel⁹ p̄pter hominē et quoddāmodo homo p̄pter āgelū et ideo in hoc ordine pares sunt. ¶ Si autem loquamur de ordine quantū ad nature digni-
tatem. Dicendum q̄ simpliciter loquedo angelus est creatura superior homine. Na-
tura enī angelica sicut patet ex multis scrip-
ture locis nobilior est humana et in superiori gradu consistit. Concedende sunt igitur rationes manifestantes q̄ āgelus nature dig-
nitate p̄cellit hominē. p̄ter primam ad quas solutus est. ¶ Qd obicitur in contra-
rium. q̄ nullū cadit mediū inter mentem. Dicendum q̄ est mediū fm dignitatez na-
ture. illis fm causalitatez influentie. primo modo cadit mediū. scōmodo non. Nam deus immediate insuit in mentes. et ipsa im-
mediate a prima ueritate formatur. ¶ Quod obicitur scōo. homo tenet rationē finis. Dicendū q̄ aliquid est p̄pter quod res ē. Aut est ad supplendū indigentiam sicut do-
mus p̄pter hominē et calceus p̄pter pedē. Aut ad suscipiendū eius influentiam. sicut homo p̄pter deū. q̄o ultimo habet rationē finis nobilior est. q̄o primo modo non. quia enim homo omnibus indiget. angelus nullo nisi deo. omnia p̄pter homines. non omnia p̄pter angelum. in cuius rei signū angelus conditurus est in principio. homo uero i die sexto. ¶ Quod obicitur de optimo. intel-
ligendum est per se et precise. sic beata vir-
go nec christus excedit angelos pure recte nature. sed ratione multiplicis gratie. ¶ Qd ultimo obicitur de misterio. infra melius pa-
tebit. ad presens tantum sufficiat dicere q̄ alicui ministratur dupliciter. Aut propter se sicut regi et domino. et talis nobilior. Aut propter alium sicut ministrat miles garcōni

regis .et p hoc soluendum . Angelus enim ministrat homini ppter deum sicut diues pauperi ⁊ fortis egrotanti .

Quoniam sequenter tertio loco queritur de modo distinguendi spūm angelicū ab anima rationali ⁊ et queruntur duo . **P**rio queritur **U**trū differant specie ⁊ an tm nūero . **S**cdo queritur q sit illa dīa p quā differūt ⁊

Quoniam autem differant spē uidetur . Que differunt specie habent diuersas pfectiones ⁊ spēm . sed homo ⁊ angelus differunt spē . constat q anima dat speciem homini ⁊ actū specificū . ergo ⁊ anima ⁊ angelus . **I**tem que similia sunt specie uel simul produciuntur . uel unum facit ad pductionem alterius nisi producantur per propagationē . sed anime non simul cum angelis sunt producte . nec angeli faciunt ad animarum productiones . ergo ⁊ . **S**i tu dicas q similiter potest argui de animabus . hoc falsū ē . quia pater facit ad generationē prolis . **I**tem plus conuenit sensibile ⁊ uegitabile cū sensibili ⁊ uegitabili q sensibile ⁊ uegitabile cum non sensibili et non uegitabili . sed anima humana per essentiam est sensibilis et uegitabilis . alioquin non faceret animal . ergo cum differat specie ab anima sensibili tātum ⁊ uegitabili . multo plus differet a spū angelico qui non est sensibilis nec uegitabilis . **C**ontra . Quorū perfectio et complementū ultimum est unum specie ipsa sunt unum specie . sed ad eandem beatitudinē ordinatur homo ⁊ angelus que est uisio et fructio dei . ergo homo et angelus siue anima ⁊ angelus sunt specie unum . **I**tem quorū differentia ultimo completiua ē spē una . ipsa sunt specie unum . sed differentia ultimo completa anime rationalis ⁊ angeli est rationale siue intellectuale . ⁊ in hoc cōi-cant sicut dicit **B**regō . q homo cōicat esse cum lapidibus . intelligere cum angelis . ergo ⁊ . **I**tem quorū optimum naturale est unum ipsa sunt specie unum . sed optimū

naturale hominis ⁊ angeli est unum sicut dicit **B**ernardus ad **E**ugenium . Optimū inquit tui ⁊ angeli ratio est . ergo cum species accipiat ab optimo . patet ⁊ . **R**espon-sio . Ad predictorū intelligentiam est no-tandum q circa hoc triplex fuit opinio .

Quidam nāq dicere uoluerūt q questio illa nulla est . **C**um enim queritur **U**trū aliq differant specie ⁊ supponitur q utriq sit i genere ut spēs . et qm nō ē species sed speciei pars . nec in genere est fm rectaz lineaz ut species uel indiuiduū . sed a latere uel magis per reductionem sicut principium . ideo dicunt q questio illa nulla est cum anima nō sit species . **S**ed hec responsio potius est euasio ad hominem q solutio ad obiectio-nem . **N**am adhuc restat questio . **C**uz ani-ma sit substantia ⁊ forma substantialis uel habens formam substantialem in qua omnes anime conueniunt **U**trum in eadem cō-ueniat anima ⁊ angelus ⁊ an sit ibi solū dif-ferentia accidentalis . **P**reterea . Anima seperata spiritus est ⁊ substantia prout ē res p se existens ⁊ p se substans accidentibus . et fm sui mutationem susceptibilis contrariorū . ergo pprie est substantia ⁊ recte in ge-nere substantie sicut substantia prima . ⁊ an-gelus similiter constat . **S**i ergo de omnibus primis substantiis rationabiliter contingit querere **U**trum specie conueniant uel diffe-rant . patet q questio est bona . et responsio est fuga . **S**cda uero positio est q anima et angelus si consideratur anima ut spiritus est eadem specie cum angelo . sed differt in hoc q animaz ad animas est aliqua ualidi-or similitudo . sicut aqua eadem omni aque dicitur esse . **E**t ratio que mouet eos ē prop-ter conuenientiam in optimo ⁊ nobilissimo suo . sicut ostensum est in opponendo . **S**ed hec positio cōiter non tenetur . quia pla-num est hominem ⁊ angelum non solum spe-cie sed etiam genere differre . ergo ⁊ pfectio siue forma dans species homini ab angelo differt . hec est anima . ergo differt specie ab angelo . ⁊ hoc melius patebit infra . **T**ertia positio est q aia ⁊ angelus spē differūt . que sit autē illa differentia iaz queritur . **N**ūc aut fm cōez positionē tenendū est q essentialr differāt ⁊ i genere substantie . unde dēcedē

sunt rationes pantes angelus et animam spem
differetes. eo modo quo licet dicere etiam rationalem
esse spem. **N**am proprie loquendo potius
est forma spei siue per formalis quam spes. **E**x
tenso tamen nomine potest spes appellari. **Q**uod
obicitur quod perfectio angelus et hominis eadem sunt
spei. **D**icendum quod perfectio in eodem primo et in
esse secundo. quorum perfectio in eodem secundo est eadem. ipsa
propter hoc non sunt eadem. nam cignus et nix
sunt alba eadem albedine secundum spem. sed illud
habet veritates in perfectione quantum ad eodem pri
mum. hoc autem modo non est gloria vel gratie
perfectio. **Q**uod obicitur. quorum differentia ul
timo coplectiua eadem est. **D**icendum quod
rationale secundum quod est deus anime et angelus differunt.
Nam rationale angelus est intellectuale. sed rationale
anime proprie est rationale. nam angelus natus est intel
ligere secundum intellectum simplicem et deiformem. anima
secundum intellectum inquisitivum et possibilem. **E**t per hoc
patet solutio ad sequens. **N**am quoniam ratio sit
optimam mei et angelus. tamen ratio mea et ratio angelus
est alia et alia. non tantum secundum actum sed et etiam
secundum spem et essentiam ut patet.

Secundo circa hoc queritur que sit
illa differentia per quam angelus et
anima differant essentialiter. **E**t per
hoc quod est unibile videtur prius sic.
Sicut se habet corpus humanum ad corpus non
unibile. sic se habet spiritus humanus ad spiritum non
unibile. sed corpus humanum differt specie imo
etiam genere ut videtur a corpore non unibili.
utpote a lapide per hoc quod est unibile anime unifi
canti. ergo. **I**tem esse unibile convenit anime
rationali. aut ergo essentialiter aut accidentaliter.
sed non accidentaliter constat. quia tunc ex cor
pore et anima non fieret unum per essentiam. ergo essen
tialiter hoc convenit anime. sed quicquid differunt
in aliquo essentiali differunt specie. ergo angelus
et anima. **I**tem per spiritum suum esse completum non
habet nisi secundum quod est in toto. ergo cum anima rationalis
sit per hominem. sed non est per hominem nisi secundum quod
est unibilis. ergo in unibilitate ad corpus con
sistit complementum anime. sed per illud habet unum
quodque essentialiter differre siue distingui ab
alio in quo consistit eius complementum. ergo. **I**tem
unificare est actus anime rationalis que
habet in corpus. aut ergo actus essentialis.
aut accidentalis. si accidentalis. ergo uita acci

dit homini quod manifeste falsum est. quia tunc
accideret ei esse animal. si est actus substantiat
siue essentialis. ergo inest anime ratione sui quo
est siue formalis et coplectivi. ergo si penes
illud accipitur differentia formalis et coplecti
ua uniuscuiusque quod est formale et coplecti
Penes illud quo anima nata est unificare cor
pora sumitur illa differentia. sed eo ipso na
ta est anima uniri corpori quo nata est corpore
unificare. ergo penes unibilitatem sumitur anime
ad angelum deus essentialis specifica. **C**ontra. **D**is
differentia primo est per naturam quam illud cuius est
differentia. sed unio siue unibilitas ad corpus
consequitur animam. quia dicit relatione ad alte
rum sine quo potest anima esse et intelligi.
ergo unibilitas siue unibile non est illud per quod
differunt angelus et anima. **I**tem differen
tia coplectiua debet esse propria eius cuius est
propria. sed esse unibile non solum anime rationali
convenit sed etiam vegetabili et sensibili. ergo
non est anime rationalis coplectiua differentia.
Item differentia specifica debet accipi pe
nes illud quod in re est optimam. **E**t unumquodque
debet diffiniri per id quod est optimam in ipso.
sed esse unibile convenit anime penes suum in
finem. ergo penes illud differentia coplecti
na non potest accipi. **I**tem differentia coplec
tiua ita essentialiter adheret quod eius optimam
non potest inesse. vel si inest actu non tamen
naturaliter. sed anima rationalis sicut est unibilis
sic separabilis. et preterea. separabile esse convenit anime
per naturam. et per hoc differt a vegetabili et sen
sibili. ergo esse unibile corpori nullo modo
potest esse specifica differentia per quam diffe
rant angelus et anima. **R**esponsio. **D**ice
dim quod circa hoc triplex est modus dicendi.
Quidam enim conati sunt assignare differen
tiam specificam angelus et anime per compatitionem ad
deum. **E**t ratio que movit eos hec fuit. quia
differentia ultio coplectiua penes id quod nobis
lium est in re debet accipi. et ideo voluerunt dice
re quod anima et angelus differunt. quia angelus habet
intellectum deiformem ut vult **D**io. unde ha
bet sibi species inatas et videtur a spectu simpli
ci. sed anima habet intellectum possibilem siue col
lativum et inquisitivum et hoc per naturam quicquid
sit de gloria. **S**ed ille modus assignandi dif
ferentiam non videtur esse omnino conveniens.
Prior quod differentie reze accipiuntur per compatitionem

quā habet a se nō in relatiōe ad deū . respe-
ctu cuius potius cōueniunt . ¶ Amplius dei
formitas intellectus respicit potentiā intelle-
ctiua . nos autē querimus de dīa essentia .
nō de dīa potētiā . ¶ Postremo qđ optinet
p grām non ē cōtra naturā institutā . sed dei
formitates acquirit intellectus p gloriā . ergo
hec intellectui humano non ē aliena . ergo per
hāc nō differt āgelus ab anima . et qđ plus est
aīa sepata modū intelligēdi habet quē habz
āgelus . et aīa hīc habuit spēs inatas ut etiā
āgelus . et hoc totū quid accidētale uidetur di-
cere . ergo penes hoc eēntialis dīa nō debet
sumi . ¶ Alii uero fuerūt qui conati sunt dif-
ferentiā inuenire fm cōpatiōez rez ad inices
et quia nō potuerūt inuenire actus diferentes
formaliter p quos uenirēt in cognitiōe di-
uersaz dīarum . sed inuenirūt actus diferentes
gradu et dignitate . Dixerūt qđ aīa et āgelus
differūt specie ppter maiore excessus i sim-
plicitate et bonitate nature . et ille excessus in
essentialibus uariat spēm . quando excessus
ille exīit limitez spēi debitū . sicut calidum in
quarto gradu est alterius spēi qđ calidum in
primo . sic dicit esse in pposito . sed hoc ual-
de dubiū est qđ āgelus tantū excedat animā
qđ ex ipso excessu dīa spērūz fiat . cū optima
anima . s . xpi nobilissima sit creatura nec ex-
eat spēm humanā . et pterea esto qđ eēt ibi
excessus . penes ipm nō debet sumi differen-
tia specifica . quia potē uidetur cōsequi dīaz
specificā qđ eōuerso . potius eūm res diuer-
sarū bonitatu gradū habēt in nobilitate ppter
naturas diuersas spērūm que sunt nate ca-
pere plus et minus qđ eōuerso . et iterū hec
dīa ualde generalis et trāscendēs esse uidet .
quia si ita pōt accipi hic . pari rōne ubiqz .
Et ideo tertius est hic modus dicendi quem
p̄babiliorē estio . qui sumitur p opatiōē aīe
rōnalis ad corpus humanū . ex qua pte inno-
tescit nobis aīa non solū fm accidentia . sed
fm substantiā et naturā . et non solū fm id qđ
ē indignitatis . s . etia fm id qđ ē nobilitatis .
hoc eīm qđ ē animaz uniri corpori humano
siue uiuificare corp⁹ humanū nō dicit actum
accidentālē . nec dicit actū ignobilē . Nō acci-
dentālē . quia rōne illius ē aīa forma substan-
tialis . Nō ignobilē . quia rōne illius est aīa
nobilissima formarū omniū . et in anima stat

appetitus totius nature . Corp⁹ ei humanū
nobilissima cōplexione et organisatione que
sit in natura ē organisatū et cōplexionatum .
ideo nō cōpletur . nec natū ē cōpleri nisi no-
bilissima forma siue natura . ¶ Illud ergo quo
aīa est unibilis corpori tali dicit quid essenti-
ale respiciēs quod ē nobilissimū in aīa . et
ita penes illud recte sumitur specifica dīa f
quā differt anima a natura angelica . vnde
rationes ad hoc inducte cōcedende sunt .
¶ Ad illa que obiciūtur in cōtrariū ex dictis
patet responsio . ¶ Qđ eīm dicit primo qđ
dīa debet esse prior . Dicendū qđ uerū est . et
dīa illa que est esse unibilē non dicit puram
relationē . sed naturālē aptitudinē que inest
anime fm p̄cipia intrinseca que priora sūt
aīa p naturā . sicut rōnale respectu hominis .
¶ Qđ obicitur qđ dīa cōpletina debz eē pro-
pria . Dicendū qđ uniri corpori non ē p̄priū
aīe rōnalis . sed tantū uniri corpori humano
et sic dicit illud qđ ē aīe essentialē et nobile si-
cut etiā iporat qđ ē p̄priū . et p hoc patet
aliud . Nam illud quo mediante anima per-
ficit corpus humanū . est illud quo anima est
aīa rōnalis et qđ etiā est p̄cipiū aliaz nobi-
lium opationū . sed p̄fici seipsa . Seipsa eīm
anima perficit corpus . sicut forma seipsa
unirit materē . ¶ Qđ obicitur ultimo qđ
differentia essentialiter adheret . Dicendū
qđ esse unibilem adheret inseparabiliter . quia
aptitudo semp inest q̄ntis nō semp inest acc⁹
sicut p̄ i rōnali et gressibili . et sicut gressibilis
trūcatur et aīa rōnalis stulta efficitur . nō natu-
ra . sed ppter defectū nature ita qđ aīa sepāt . hoc
est i penā peccati . et itō eē separabile nō sic as-
signatur dīa aīe sicut eē unibilē . Ampl⁹ aīa
rōnalis eo ipso qđ nata ē p̄ficere corp⁹ sic p̄fe-
ctus et ordiatū p naturā ad immortalitēz est
imortalis . et eo ipso nata ē separari ab hoc cor-
pore tā mortuo ppter peccatū . et ita nūc non
dicit aliā dīaz qđ hoc qđ ē eē unibilē . sed con-
sequitur illā . qđ sicut non ē separatio nisi i prioris
uniti . sic non ē separabilitas in aliquo nisi p̄ri⁹
fuerit unibilitas p naturā . et ideo si aliqd pōt
esse differentia anime uidetur qđ hoc maxie
sit idest illud qđ p hoc natura signatur . In-
tellectus eīz noster rarissime puenit ad cōgni-
tionem forme substantialis nisi a posteriori
et quia sicut cognoscit sicut nominat . ideo

3
dīas p naturā priores ut plurimū nominat a
posteriori. Et sic patent obiecta.

In Parte ista sunt dubitationes
circa litterā. Et queritur prio
de hoc qd dicit Aug. et habetur
in littera. Quia bonus ē deus
sumus. Videtur eim falsum dicere. Nam
consequētia ē bona, ergo si nō essemus, deus nō
esset bonus. Si dicas qd non ē consequētia
necessaria, quia non dicit ibi consequētia sed
causas. Obicitur contra hoc. Quia bōitas
dei aut est causa sufficiēs, aut nō. si sufficiēs
ergo ponit effectū eo modo quo uest. sed ne
cessariū est deū eē bonū, ergo necessariū fuit
creaturas exire in esse, ergo nō uolūtariū, cu
ius oppositū monstratū est i primo libro in
tractatu de uolūtate. Item uidetur male
appropiare. in ueligio eiz ē correspondētia
cause ad effectū, ita qd eētia creature repre
sentat essentia creatoris, potētia potētiā,
ueritas ueritatē, bonitas bonitatē, ergo debe
ret dicere, quia deus ē. sumus. ppter hoc ē
questio, cū ad nostrū eē cōcurrat potētia, sa
piētia, bonitas, quare causalitas nostri esse
potius attribuitur bonitati qd aliis. **R**espon
sio. Dicendū qd causa i actu ē ex cōcursu efficiē
tis et finis, quia finis mouet efficientē in his
inferioribus, et quonā uolūtas dicit illō quo
efficiēs iūgitur fini i habētibus intellectū, hinc
est qd uolūtas ē causa imēdiata, et ita dictum
est et ostēsus in primo libro, quonā ergo bo
nus dicit rōez duplicia cause, s. efficientis et
finis. hic ē qd bonū ē rō quare uolūtas est in
actu, et ita potissima rō pductiōis effectiū
et ideo nostrū eē attribuitur bonitati, nō per
modū representandi uel a ppropriatiōis in repre
sentando, sed rōnis in causando. unde pria
consequētia includit hāc, s. quia bonus ē deus
uult se diffundere, et quia uult se diffundere,
uult creaturā pducere, et quia de? uult crea
turā pducere uult creaturā eē, et ita qd bonū
ē. sumus. Item queritur de hac ppositiōe
Inquantū sumus, boni sumus, ergo uidetur
qd nos boni sumus p essentia qd est contra
Boetii de ebdomatibus, qui dicit qd sumus
boni p picipatione. Item inquantū sumus
boni sumus, ergo non est intelligere esse ab

abstracta bonitate, qd falsū est cum intelligatur
neritas bonitate abstracta. **R**esponso. Di
cendū qd bonitas est duplex in creatura, una
que est ex forma dante esse, alia que est ex
forma dante bene esse. prima est bonitas
substantialis que nō addit supra formā no
tiā essentia, sed solum relationē ad fina
lem causā, ex qua compatiōe omne aliud
a deo habet eē bonum, et quia illa compatiō
ad causas eēntialem siue finalem est eēntia
lis, nec unqz esse relinqd nec potest relinquere
hinc est qd Aug. dicit inquantū sumus boni
sumus. Ad illud ergo qd obicitur de Boe
tio. Dicendū qd ipse uocat bonum p essen
tia illud bonū qd ē absolute bonū, non ex
dependētia ad aliud. hoc quidē modo nulla
creatura bona est, imo ex compatiōe et ideo
picipatiōe, nec sequitur qd accidentaliter, qd
picipatiō non ē accidentaliter respectu prime bo
nitatis que ē ex forma dante eē, quā sit acci
dentalis fm qd ē ex forma dante bene esse.
Ad illud qd obicitur qd ē intelligere eē et.
Dicendū qd illud qd attribuitur alicui fm qd
ipm pōt dupliciter attribui. Aut eiz conse
quitur, aut pcedit. Si pcedit sic ē ita eēntia
le qd sine ipso nec est nec intelligi pōt. Si ali
quo mō cōsequitur, nō tamē cadit i aliud ge
nus, pōt quidē intelligi intellectu apphendere
et intellectu semi plene resoluēte, sed intellectu
plene ad causas compante non potest intelligi
Nō intellectu illo maxime cū illud dicat habi
tudinez necessariā et relationē ad causā sicut
uerū et bonum. Item queritur de his cau
sis quas assignat Magister circa unōem aīe
rōnalis. Dicit eim primo qd causa est dei
uolūtas. Secūdo qd ē causa instructio nostra.
Et uidetur qd utraqz sit in articulo. Pria eiz
responso ad obiecta pōt dari, in secūdo uidet
picipiū peti, quia si non esset unīca lipide ui
dere deū, nec indigeret exēplo, ergo si exem
plo indiguit nō fuit nisi ppter minoratiōem
sue cognitiōis. **R**esponso dicendū qd Ma
gister respondet sufficienter et bene, sufficiē
ter quidē, quia cū duplex sit uia cognoscēdi
opera dei, s. fide et intelligentia. Ad solūta
tem fidei sufficit scire qd deus uoluit quem
credit nihil uelle nisi rōnale. unde in prima
responsione satisficit fidei. et hec respon
sio in omni fideli ut fidelis est, plene sufficit.
24

Distinctio.

Ad soliditatem intelligentie rñdes rō. et cum non possit reddi rō uel causa ex pte dei. red datur ex pte creature. et hec est manifestatio diuine bonitatis in suo ope in quo debet se manifestare. nō solum ppter nostrā indigentiam uerū etiam ad suā gloriā. et sic patet obiecta. respōdet et hec causa efficiens et finalis. et sic sufficienter et plene.

Distinctio scōa.

De angelica quoq; natura. ¶ Supra egit Magister de rerū pductione in generali. In hac pte agit de pductione rerum in speciali. Et quoniam triplex est differentia creature. scilicet spūalis et corporalis et cōposita ex utraque. ideo hec pars habet tres. ¶ In prima agit de conditione spūalis creature. ¶ In scōa de conditione corporalis creature. infra distinctione xij. ¶ De angelice nature. ¶ In tertia de conditione nature ex utrisque composite. scilicet humane. infra distinctione xvi. De his exarctis q; supra dicitur hominē. ¶ Prima pars habet duas. ¶ In prima determinat quales angeli facti sunt ex prima conditione. ¶ In scōa determinat quales facti sunt ex auersione et cōuersione. infra distinctione quita. Post hoc cōsiderationē adducit. ¶ Prima pars habet duas. ¶ In prima determinat quādo et ubi creati sunt angeli. ¶ In scōa uero quales creati sunt. infra distinctione tertia. Ecce ostensum ē ubi angeli. ¶ Prima pars habet duas. ¶ Primo enim determinat quādo angeli creati sunt. ¶ In scōa ubi. infra distinctione eadē. Jam ostensum ē. ¶ Prima pars habet quattuor. ¶ In prima pmit tit phemū in quo apit suam intētionem. ¶ In scōa uero mouet dubitationē contra durationē sue intēti et mēsuram angelice conditionis. ibi Quedam auctoritates uidentur. ¶ In tertia determinat ueritatem et confirmat. ibi uidetur rectum esse hoc tenendum. ¶ Quarto uero et ultimo ueritatē p̄determinatā et app̄batā cludit. et auctoritatem in oppositū dēminat. ibi Simul ergo cum tempore.

H intelligentiaz huius partis in qua qritur de mēsurā conditionis angelice nature duo p̄cipaliter queruntur. ¶ Primo queritur de mēsurā ei in se. ¶ Scōdo p̄ cōmpationē ad mēsurā eē corporalis nature. ¶ Circa primū tria queruntur. ¶ Primo utrū spūalia habeant mēsurā p̄p̄iā. ¶ Scōdo utrū habeant mēsurā antēcā. ¶ Tertio utrū habeant mēsuras simplice aut cōpositā. siue statē uel successiuā.

Quia primū sic q; habeat p̄p̄iā mēsurā prius uidetur p̄ philo. in libro de causis i penultia p̄positiōe. Inter rē et substantia et opatio ē et eternitate. et rē et substantia et opatio est i tēpore. ē res media cuius substantia ē in eternitate et actio i tēpore. sed hoc nō potest intelligi de eternitate icreatā. ergo de creatā et hāc distiguit a tēpore et ponit eē mēsuras substantiarū spūaliū et icorporaliū. ergo uidet. ¶ Itē Eccl. prius Dis sapia a dño deo est usq; ibi ante eū. ergo si ante eū dicit quid icreatū. eū dicit quid creatū. nō substantiarū. ergo mēsurā. nō rē materialū. sed spūaliū. et hec differt a tēpore. ¶ Unde Boetius d. cōsolatiōe. q; tēpus ab euo ire iubet. ergo. ¶ Omne eiz qd exit ab alio differt ab eo. ¶ Itē Diony. de di. no. in caplo de euo. proprietas cui ē antiquū ineteratū fm totū eē mēsuras. tēporis uero in alternatiōe et aliter et aliter se habēs. ergo si idē nūc se habz sic et aliter. simul et semel non ē eadē mēsurā tēpus et eū. sed eū est mēsurā durantiū p̄p̄ tuo. et talis est natura āgelica. ergo. ¶ Itē sicut se habet unitas ad distinctionē ita nunc ad duratiōem. sed in spūalibus non solū est respire distinctionē fm substantiam uerū etiam fm mēsurā. ergo pari rōne et esse āgeli mēsuram durationis habet. sed non tempus cū non uarietur nec mutetur. ergo aliā mēsuram p̄p̄iam. ¶ Item omne quod habet eē limitatū actu. habet mēsuras p̄ quam potest cognosci eius limitatio. sed tale est eē omnis creati. ergo. ¶ arguatur ut prius. ¶ Item mēsurā duratiōis respicit modū duradi sue duratiōis differentē a corporalibus. maxie a mutabilib; cū durēt p̄p̄etualiter et inmutabilr.